BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Seite 165v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ceratus. Ecce enim bellum erat ante
me a quo uero iordanis hinc et inde
et ripe paludes et saltus. et non
est locus diuertendi. nunc ergo
clamate in celum ut liberemur
de manibus inimicorum nostrorum
Et commissum est bellum. Et ex
tendit Jonathas manum suam
percutere bachidem. et diuertit
ab eo retro. Et desiluit Jonathas
et qui cum eo erant in iordanem
et transiuerunt ad eos iordanem.
Et ceciderunt exercitus bachidis die
illa mille uiri. et reuersi sunt in
therusalem et edificauerunt ciuitates u-
munitas in iudea. munitionem
que erat in iericho. et in emaum
et in bechoron. et bethel. et gana
thon. et pharatha. et thopos. muris ex
celsis. et portis et seris. Et posu
it custodiam in eis. ut munitio
nes exercerent imperium. Et muni
uit ciuitatem bethsuram. et gaza
ram. et arcem. et amen. posuit in
eis auxilia et apparauit escarum
Et accepit filios principum regi
onis obsides et posuit eos in car
ce therusalem custodia.

Et anno c.l.iii. mense ii.
precepit alchimus destru
ere muros domus sancte in
terioris. et destruere opera prophe
tarum. Et cepit destruere. illo
tempore paralysis est alchimus
et impedita sunt opera illius
et obstructum est os eius. et dissol
utus est paralysi nec ultra lo
qui potuit uerbum. et mandauit
de domo sua. Et mortuus est al
chimus in illo tempore cum tormen
to magno. Et iudit bachides quo
niam mortuus est alchimus et
reuersus est ad regem. et siluit ter
ra duobus annis. Et consiliauit
omnes iniqui dicentes. Ecce Jo
nathas et qui cum eo sunt insidi
ans sunt confidenter. nunc ergo
adducamus bachidem. et comprehen
det eos omnes in una nocte. et
abierunt et consilium ei dederunt
Et surrexit ut ueniret cum exer
citu magno. et misit occulte epistol
las suas sociis suis qui erant in iu
dea ut apprehenderent Jonathan et eos
qui cum eo erant. sed non potuerunt
quia in notum eis consilium eorum
Et apprehendit de iudis regionis
qui principes erant miliae. l. uiros et occidit eos. Et recessit Jona
thas et symon. et qui cum eo erant
in bethsesen. que est in deserto. et
exstruxit diruta eius. et firmauerunt eam. Et cognouit bachi
des. et congregauit uniuersam
multitudinem suam. et his qui
in iudea erant. et uenit et posuit
castra desup bethbesen. et oppugnauit eam dies multos. Et fecit
machinas. Et reliquit Jonathas
symonem fratrem suum in ciuitate. et exiuit regionem. et uenit
cum numero. et percussit odaren
et fratres eius. et filios phasaron.
in tabernaculis ipsorum. Et cepit
cedere et caedere in turribus

Symon uero.